



**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

22 Quæna[m] pœnæ sint vsurariis co[n]stitutæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72459)

181  
Famuli.

Quarto, Famuli &amp; factores usurariorum, qui faciunt ipsis contractus iniquos.

Aduerte tamen, Siluestrum v. Usura. 7. q. 4. cum Monaldo docere, non tenet famulum, qui ex speciali mandato domini dicentis, *Munia* *Petro* decem libras ad usuram meo nomine, mutuum dedit, qua sententia vera est, si contractus iam cum domino sit initus; ita ut famulus tantummodo pecuniam numerare debeat. Secundus vero si ipse contractus per famulum sit ingendus, tunc enim videtur efficax causa damni, imponendo illi obligationem iniuriam, ob quam postea usurras soluit, si tamen non erat in potestate famuli

182 Si famulus absque eo contractu pecuniam dare, ed quod non poterat dominus effe praeiens, non videtur teneri, quia mutuarius non censem sibi iniuriam fieri a famulo, qui aliter pecuniam numerare non potest; sed a domino, &amp; hoc videatur velle Silvester supra.

183 Qui cogunt ad solutionem. Quinto, Famuli qui cogunt solutionem usurarum, quod si non virgant, &amp; mutuatarii alioquin sponte erant soluti, putat Sotius lib. 6. de Iustitia. quæst. 1. art. 4. in fine, illos non teneri: quia mutuarii non putant sibi ab illis fieri iniuriam, &amp; consentiunt ut dominis suis usuras acceptas tradant. sed verius est hoc ipso quo exigunt iniuriam fieri: quia iure dominorum suorum, quod nullum est, exigunt, &amp; directè solvant alterum re sua. Verum quia id sponte non faciunt, sed iusu dominorum, nec ipsis inde emolumenatum prouenit, non censem debitores sibi tantam iniuriam fieri, vt velint per ipsis fieri restitucionem, vel saltem quin libenter sint condonatur si rogentur.

184 Non efficiuntur concurrens. Dico Secundo, Qui vero agunt partes mutuarij, vel certe non efficaciter concurrunt, non tenentur ad restitucionem, etiam si videantur cooperari. Tales sunt Primo, Famuli, qui recipiunt pignora, eaque assuerant. Secundo, Qui numerant pecuniam. Tertio, Proxenetae, qui querunt eos qui pecunia agent, &amp; adducunt ad usurarium, hi enim potius beneficium praestant, quam iniuriam inferunt, vide Siluestrum v. Usura. 7. q. 3. quia non est in potestate illorum ut usurarius det pecuniam suam sine usura. Quinto, Qui pecuniam suam apud usurarium depositerunt, modò tamen non usuerint ut usuras exigent, ne sine earum participes, vt docet Caietanus q. 78. art. 4. Ratio est, quia nemo mutuarius censem sibi per hoc fieri iniuriam, aut id aegre fert, quid enim illis obest quod usurarius pecunii abunderet fieri tamen potest ut is qui deponit, peccet, quatenus ei praebet materiam plurium iniquorum contractuum. Sic intellige D. Thomam quæst. 78. art. 4. ad ultimum, ubi Caietanus non videtur assertus eius mentem.

Deponens pecuniam apud usurarium.

## DUBITATIO XXII.

Quænam penæ sint usurarijs constitutæ.

N otandum est, multas penas tum iure Civili, tum maximè iure Canonico in usurarios manifestos esse constitutas; vt patet cap. Quamquam, de usuris l. 6. &amp; alibi, de quibus fuisse Couarruias lib. 3. variar. cap. 3. &amp; Silvester Usura 9. quæst. 4.

185  
Manifesti usurarij qui dicantur.

Dicuntur autem manifesti usurarij, qui factio vel lute manifeste sunt tales. Factio quidem manifeste tales dicuntur, qui palam, ita ut nulla tergiversatione negari possit, ad usuram dant. Iure vero, qui Iudicis sententia de hoc criminis sunt condemnati, vel qui de seipisis legitimo iuris ordine hoc crimen coram Iudice sunt confessi, vel denique de quibus id per idoneos testes in iudicio est plenè probatum, ut docet Couarr. suprà num. 4. &amp; 5. Infamia, aut semiplena probatio non sufficit, teste Couarruias. Imò nec confessio extra iudicium, coram Parochio &amp; testibus, ut docet Molina disput. 33. quia confessio extra iudicialis non inducit notiorum iuris. vide Glossam cap. Manifista 2. quæst. 1.

186  
Prima pena est, Infamia iuris. L. Improbum. 20. C. Ex quibus causis irrog. infam. Vnde infamia. si frater meus illum heredem instituat, possum agere contra illum actione inofficioi testamenti, ut docet Silvester ex Bartolo; & patet ex L. Fratres. 27. C. de inofficioi testamento. Item si est Clericus, beneficij obtinendi est incapax; vt potest irregularis.

Secunda est, Quod non sint admittendi ad communionem altaris: cap. Quia in omnibus. 3. de usuris. quibus verbis non significatur, ut quidam volunt, eos esse excludendos ab officio diuinio tamquam excommunicatos, sed solum à perceptione Eucharistie; hæc enim communio altaris dici solet. Addo, ipsis iure communii non esse excommunicatos; &amp; penas esse restrainingendas.

187  
Tertia, Nec ad oblationes offerendas; dicto cap. Quia in omnibus, qui oblationes eorum accepit, ipso facto est suspensus ab officio, donec ad arbitrium sui Episcopi satisficerit; & compellitur reddere, ut ibidem habetur.

Quarta, Nec ad confessionem peccatorum, donec satisficerint re ipsa pro sua facultate; vel idoneam cautionem dederint, (nempe pignoratitudinem vel fideiustoriam) idque vel creditoribus ipsis (si sint presentes) vel Ordinario loci, aut eius Vicario, vel Parochio coram testibus fide dignis, vel Notario publico, habent mandatum ab Ordinario; ut pater ex d. cap. Quamquam, suprà. Si talem cautionem præstare non possint, debent iurare se non posse, &amp; se facturos quidquid poterunt, ut fiat restitutio. si periculum non patiatur moram, statim absoluendi sunt, &amp; postea cautione exigenda.

188  
Quinta, Nec ad sepulturam Ecclesiasticam, d. cap. Quia in omnibus. Imò qui eos scienter sepelire præsumperit, ipso facto est excommunicatus; nec est absoluendus donec arbitrio Episcopi satisficerit; Clementina 1. de sepulturis. Vbi nō solum ypsilonionem seu sandapilarium, qui corpus in sepulchrum demittit, puto comprehendendi, contra Nauarr. cap. 27. nu. 137. & Caiet. v. Excomm. cap. 46. in hos enim rarissime competit illud, qui propria temeritatem audacia præsumperint sepelire; quod tamen hic requiritur. Vnde ridicula foret hæc constitutio, ut recte docet Glossa in hanc Clement. sed etiam & in primis Parochum, qui funeri præst: hic enim propriè dicitur sepelire. comitantes tamen non comprehenduntur; quia hi non propriè sepeliunt, sed funus honoris causa deducunt, & adstant. Vtrum autem hac censura & illa, de qua §. 3. modò incurvantur ante sen-

sententiam condemnatoriam vel declaratoriam criminis in ipso usurario specialiter latam, dubitari potest. Sanè in Extratu. Ad cuitanda, quam refert Nauarr. cap. 27. n. 35. videtur requiri sententia specialis: nec generalem Iuris prohibitionem sufficere, sed de hoc alibi.

Sexta, Testamenta ipsorum sunt irrita, nisi ante mortem soluerint, vel cautionem legitimam derint. d. cap. Quamquam.

Septima, Ecclesiastici non possunt usurariis exteris elocare domos, aut permittere in eis habitare, imò tenentur eos expellere ex suis terris intra tres menses: alioquin ipso facto incurvant punam suspensionis, si sint Episcopi: excommunicatio-  
nis, si sint minores Episcopis; interdicti, si sit Coll-  
egium vel Vniuersitas Ecclesiasticorum. ut patet cap. 1. de usuris, in Sexto. vide plura apud Sil-  
uestrum & Couarr. supra.

### DUBITATIO XXIII.

Vtrum Montes, qui dicuntur pietatis, excusentur ab usura, & quia ratione.

189 **N**otandum est, in multis Christiani orbis locis, iam à 160. & amplius annis, fuisse à piis viris ingentes pecuniae summas ad mutuandum pauperibus deputatas; quae summae solent vocari *montes pietatis*. constitutæ autem sunt hi montes cum hisce conditionibus.

190 Prima. Ut ex illis deatur mutuum ad certainam summam pauperibus loci, non exteris, aut diuinitibus.

Condicio-  
nes mon-  
tes.

Secunda. Ut ad certum tempus, v.g. ad annum, vel paulò amplius id eis permittatur.

Tertia. Ut mutuarij dent pignus idoneum: quia alioquin talis mons facile exauriretur, multis postea non soluentibus.

Quarta. Singulis mensibus aliquid minutum soluant pro sumptibus necessariis ad montis conseruationem; ut pro stipendio ministrorum, qui montem custodiunt, & administrant, semperque parati esse debent ad mutuandum, ad pignora recipienda, custodienda, reddenda; pro conductio-  
ne dōnum, pro librī rationum, ceterisque necessariais instrumentis.

Quinta. Si tempore præscripto non soluerint, vendatur pignus; & quod ex pretio, detra-  
cta forte & menitruis detrimentis, superfluerit, il-  
lis restituatur. Patent hæc ex Medina, de usuris quæst. 10. & Nauarro tract. de usuris num. 59. & sequentibus.

191 His positis, Caietanus tom. 2. opus. 6. censet hunc montem & hanc mutuandi rationem illicitam esse. Idem docet Sotus lib. 6. quæst. 1. art. 6. In eamdem sententiam inclinat Silvester Vnu-  
ra. 5. quæst. 4. Verum dicendum est, certum esse, hanc rationem mutuandi & hosce montes licitos esse & pios. Ita Nauarr. & Medina loco citato, & alii paullum.

Sententia  
Caiet. &  
Sotis.

Montes esse  
licitos.

Probatur Primò, Quia Leo X. in Concilio Lateran. sess. 10. vñā cum ipso Concilio approbat hosce montes tamquam pios, & cupit eos erigi cum conditionibus expositis; concedens Indulgencias iis, qui manus adiutrices ad huiusmodi erigendos porrexerint: denique excommunicationis sententiam profert in omnes, qui contra-

rium docere vel concionari præsumperint; ut patet ex Bulla eiusdem, qua tota extat apud Medianam, & in tōmo 4. Conciliorum, vnde videtur hæc doctrina fide tenenda.

Respondeat Sotus Primiò, Caietanum, qui Concilio interfuit, non obstante hac determinatione, integro Opusculo contrarium docuisse, idque esse lignum, eam non esse validam.

192 Respondeo, Caietanum scripsisse illud Opus-  
culum ante Concilium, nempe anno 1498. ut patet ex fine Opusculi; Concilium autem hoc defi-  
nitum anno 1513. ut pater ex fine Bullæ.

Secundò Respondeat Sotus, hæc Concilium non esse receptum in iis quæ statuit de ciuitate monitibus. Sed hæc responso nihil valeat: nam ut definitio aliquam veritatis rata sit, non eget exceptione populorum; sed hoc tantummodo 1513 cum habet in legum obligatione. Hoc enim veritas, quæ definitur, pender a receptione aut certa subditorum, sed obligatio legis, quæ impo-  
nitur!

Tertiò Respondeat, Concilium solidum approba-  
bile hosce montes, quatenus non sunt contraria Sacris Canonicis; atque conditiones posita, sunt illis contraria, praesertim ea, quæ pauperes iubentur aliquid solvere in singulos mēnites.

Verum Sotus non videtur expendere Bullam, quam Concilium approbabat: nam in ea expre-  
sse habetur & approbat illa conditio his verbiis: *Declaramus & definimus, montes pietatis, in quibus pro coram impensis & indemnitate aliquid moderatum ad solas ministrorum impensis, & ultra rerum, ad illorum conservationem pertinentium, pro coram indemnitate dumtaxat ultra sororem, absque lucro coramdem montium recipiatur, nec malis speciem præferre, nec illo pacto improbari.* Id autem, quod ipse dicit, scilicet montem appro-  
bari quatenus eius capitula non sunt contraria Sacris Canonicis, non habetur in illo Concilio; sed Pontifices, qui fuerant ante Concilium, conditionem illam in suis Bullis adiecerant, ut patet ex Caietano. Sed quia hæc conditio maximas controuersias inter Theologos excitauerat, debuit tota res aperte definiti, sublatis illis verbis ambiguis.

Denique dicit Sotus, non pertinere ad Con-  
cilium huiusmodi quæstiones, quæ magis ex philosophia quam Sacris litteris pendent, de-  
finire. Sed hæc responso parum digna est tanto  
vito. Nam ad Concilium pertinet, definire omnia ex quibus pender salus animalium; ut, vtrum  
hoc licitum an illicitum, peccatum an meritum.  
hoc enim nosse non minus necessarium est,  
quam quæ mere speculativa: nam proxime per-  
tinent ad hominum mores. & sanè Ecclesiæ au-  
toritas esset valde imperfecta, si de his certè &  
infallibiliter statueret non posset. Neque opus  
est, dum non agitur de veritate aliqua superna-  
turali, ut deciò ex Sacris litteris vel traditioni-  
bus immediate colligatur; sed fatis est ex illis  
mediante seu remota aliqua adiumenta peti; ex  
quibus vñā cum ratione naturali iunctis, veritas  
illa firmiter deducatur. quo modo etiam ab Ec-  
clesia definitum est, *animam rationalem esse corporis formam.*

Concio-  
lum defin-  
itio.

Secundò, Probatur ex Concilio Tridentino.  
hoc enim Concilium sess. 22. c. 8. 9. 11. enumerans  
locia pia, quæ ab Episcopo visitari debent, ponit  
etiam